

1  
2  
3  
4  
5  
6





1736.

1. Bertsch, Henr. Christoph: De eo, quid circa acqui-  
sitionem iniquam est.
2. Clemens, Robertus Baltheus: De aetate et iurisdic-  
tione episcopi in civili et ecclesiastico iure effectibus
3. Fick, Johannes Ericus: Praxis Jurisprudentiae  
Hyperborea seu de applicationali iure ad factum  
4a: Hanc Ruffus Christoph: De tutela Cognitio inrogatori, matris et  
in re competente  
4b: Selteneickus, Augustus Germanus: An verbi Dei minister  
specialia pro concione adhaecus injuriarum actione  
conveniri possit?
5. Skaplinus, Fr. Joannes: De sanitatis conservatione  
et restoratione per aeris et loci mutationem.
6. Hecker, Com. Wilhelmus; Facult. juridicæ Decanus.  
... et ... Dissertationem inaug. (Christiani Ben-  
jamins Wachteri) invitat.

7. Strecker, Com. Wilhelmus, Facult. juridicæ Decanus:  
ad . . . dissertationem inang. (Franz. Henrici Buerling)  
invitat.
8. Strecker, Com. Wilhelmus, Facult. juridicæ Decanus:  
. . . ad . . . dissertationem inang. (Benedicti Heinrici)  
invitat.
9. Strecker, Com. Wilhelmus; Facult. juridicæ Decanus:  
ad . . . dissertationem inang. . . . (Henrici Henrici  
Administri) invitat.
10. Strecker, Com. Wilhelmus: Dissertationis inang. juridicæ sistens  
diversa data quidem exacta, et maximam partem  
feudalia ac equestria, prout tamen in Francia  
orientali firmata.
- 11<sup>12</sup> Strecker, Com. Wilhelmus: De exemptione bonorum  
ordini equestri immunitate collectabilium illicita.  
2 Bruch 1736-1752.



12. Strecker, Com. W. Wilhelm: De patre contra fratrem testificari  
coacto.

13. Strecker, Com. Wilhelm: De perjuria poena.


14. Strecker, Com. Wilhelm: De multitudine clausulis  
notariorum contractibus adjectis.

15. Strecker, Com. Wilhelm: De interpretatione provin-  
tatis quoad successionem in bonis equestribus  
regni obnoxia respectu collateralium et descenden-  
tium occasione recessus in familia Dr. Baronum de  
Marschallia iurati.

16. Strecker, Com. Wilhelm: De non ente civili, in finis  
facti.

17. Strud, Dr. Philippus, Facult. juridicae Decanus: ad  
dissertationem in ang. (Joanni Caroli Kitzschmar) iurati

18. Strud, Dr. Philippus: Facult. juridicae Decanus:  
ad ... Dissertationem in ang. (Joanni Christophoro Borchardt) iurati.





3728  
1736, 11a  
13  
DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIS PVBLICI

DE

EXEMPTIONE  
BONORVM ORDINI  
EQVESTRI IMMEDIATO  
COLLECTABILIVM ILLICITA,

QVAM  
AVXILIANTE NUMINE DIVINO  
IN PERANTIQA VNIVERSITATE ERFORDIENSI  
EX DECRETO ET AVTORITATE  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS,

P R Æ S I D E  
FACVLTATIS IVRIDICAE DECANO,  
DN. CONR. WILHELMO  Strecker,

Jcto,  
FRAELAVDATAE FACVLTATIS ET IVDICII ELECT. PROVINCIAL. ASSESS.  
PROF. COD. PVBL. ORDINAR. CIVIT. STND. PRIMAR.  
ET CONSVLE,

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE IURE HONORES AC PRIVILEGIA  
RITE AC SOLENNITER ADIPISCENDI,  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI EXPONET

AVCTOR  
IOANNES HEINRICVS BOCRISIVS,  
SVINEVRTO-FRANCVS.

IN AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM MAIORI  
DIE XII. IVLII M DCC XXXVI.

ERFORDIÆ, Typis HERINGH, Acad. Typogr.









CAP. I.  
De Origine ac fatis Collectarum  
Equestrium.

S V M M A R I A.

§. 1. Siftit quaedam sensum vocabulorum explicantia. §. 2. Definitio Juris Col-  
lectandi. §. 3. Proponit Dissensum Juris publici Doctorum de Origine im-  
mediate Imperii Nobilitatis. §. 4. Disquirat argumenta sententiae prioris.  
§. 5. Recenset originem praediorum Equestrium. §. 6. Agit de commodis ho-  
rum praediorum ob sumtus bellicos additis, §. 7. memorat titulum praedio-  
rum istorum acquisitum Et cum Statibus parilem. §. 8. Nec hodie cessare  
rationem concessionis praediorum Equestrium, licet cesset militandi ratio, mon-  
strat. §. 9. Recenset varias juris collectandi species easque antiquiores.  
§. 10. Modum aperit, quomodo praedia Equestria allodialia feudi naturam  
induere. §. 11. Militat pro praesumptione feudorum oblatozum, praepimis in  
praediis Equestribus Et afferit haece Collectas.

§. I.



Ulm de themate quodam inaugurali meditarer,  
id praepimis elegisse juvat, cujus utilitas pra-  
xi cottidiana sese offerret. Propositum vero  
in summis Imperii dicasteriis, multis ac nu-  
merosis litibus, à Libera Imperii Nobilitate  
contra Status quosdam acriter, sed felicissi-  
mo tamen ausu agitari ac defendi, saepe sa-  
pius legendo cognovi, & id fuerat, quod me movit, data hac



occasione, pauca quædam, quid circa id iustum sit, impræsentiarum beuiter, pro virili exponere. Ad pleniorẽ vero rei propositæ cognitionem de significato vocabulorum qualia præmittere & secundum inueteratam Disputantium consuetudinem explicare quidem deceret, me vero hoc opere ideo supersedere posse reor, cum sit vocabulorum sub themate occurrentium significatus per se clarissimus, ita ut ulterius extravagari haud opus. Ne tamen prorsus deserere id videar, potissimis modo tactis, notissimos prætereo terminos. Exemptionis vocabulo unde sit origo, id facile patet, à verbo nempe Eximo, quod Status vel Juris mutationem involvit, nec pariter necessarium multa de significatione vocab. Ord. Equestris facere, hinc breuiter tantum annecto. Quod Ordo Equestris immediatus talis sit, qui nulli Ictiõni præter Imperatoris & Imperii & pareat eique subjiçatur, hinc dicitur der unmittelbare freye Reichs-Adel die ohnmittelbare freye Reichs-Ritterschafft, de quo satis quoque Expressiones Imperatorum in Privilegiis ipsi concessis firmissimo argumento ac testimonio esse possunt & ita vocantur in Decreto Imperator. Rudolphi II. an die Reichs-Ritterschafft de an. 1597. ibi. - - - zu Ihro Kayserl. Majest. als ihren einigen Herrn und Oberrhaupt anders nicht, als aller gnädigen Hülf und Beförderung versehen, & quæ sunt alia, quæ tanquam à scopo nostro nimis aberrantia, prætermittuntur.

§. II.

Jam ad ipsam juris Collectandi definitionem propius progredior, quæ sequentibus me quidem iudice, optime describi potest, quod sit facultas ac potestas indicendi Steuras, ob omnibus illis prædiis, quæ matriculæ Equestris semel reperiuntur insertæ, idque adeo Nobilitati Immediatæ proprium, ut vigore Privilegiorum ab illa nunquam separari, nec ab extraneo, eadem invita, acquiri possit. Constat igitur quam certissimè ex hisce, quemadmodum Nobilibus Imperii id juris cedere insigni prerogativæ ac non exiguo emolumento, ita paulo inferius demonstratum ibo. & nexum indissolubilem Perillustris hujus Corporis, in conservando ac custo-



enodiendo eo jure dependere. Cum vero origo ex memoria Nobilitatis Germaniæ liberæ sit antiquissima, ob benemerita quoque illius nunquam defuerit liberalitas Imperatorum, hinc mihi non deest occasio, dum splendidissimam speciem ejusdem jurium in præfenti considerare velim, ad vetustissima excurrere secula. Modo vero adductum jus egregium merito dicitur anima Corporis hujus Illustris, ex qua consistentiam suam durabilem nanciscitur, & modus indubitatus, quo fastigium honoris & præminentia unice potest defendi ac retineri.

§. III.

Nobilitatem Germaniæ, sive illam, quæ nunc sub nomine immediatæ, oder der freyen Reichs-Ritterschafft venit, antiquissima esse originis, hoc omne superat dubium. Hinc non desunt multi Historicorum & Juris publici Doctorum probatæ fidei, qui documentis, vel indubitatis alius generis monumentis innisi, strenuè asserunt, veram & genuinam immediatæ originem derivari ex translatione Romani Imperii ad Germanos, & inauguratione Caroli M. in Regem Romanorum, quibus temporibus eadem suum cepisset initium, quod post alios magni nominis viros docuere ILLVSTR. DN. à GEMMINGEN apud Besoldum in *Thef. Pract. voc. Reichsstände ERTEL in Obs. Illustr. P. I. Obs. I. p. 1. Dn. à LERCH in tr. de Ord. Equestr. P. I. n. 7. & P. II. n. 28. KNIPSCHILD. de Nobilit. L. I. C. III. n. 73. 74. sqq.* E contra diversam sovent opinionem sequentes historiarum scriptores in eò, libertati Nobilium Germaniæ causam dedisse interitum Ducalis Domus Hohenstauffensis ut & Ducum Franconiæ: HERTIVS *de orig. & progressu Spec. R. J. rerum publ. §. 22. RHETIVS Institut. Juris publ. L. I. tit. 9. §. 16. RESOLD. tr. de Ord. Equestri. Concl. 6. & in tr. postb. jur. publ. p. 3. C. 9. p. 326. sqq. ut & in Thef. Pr. voc. Freye Reichs-Ritterschafft, SCHWED. Introd. in Jus P. p. Spec. Sect. II. c. 18. n. 4.* Quodsi vero sententiam priorem posterius designati impugnant, clarissima documenta conjecturis sæpe incongruis diluere student. Sed majores sunt eorum opinione probationes & testimonia, quam ut ex aliqua



inimica affectione tam facile destrui sese permittant. Confidendum mihi, materiam esse tam amplam, ut hoc brevi specimine, pro dignitate sufficienter non possit ventilari. Quæque ergo eaque brevissimis, pro opinione priorum allegare placet, cum totus in eo sim, sententiam illam ex sequentibus argumentis firmo stare talo.

## §. IV.

Id luculentissime patet. I.) ex elogiis Caroli M. in Comitibus Paderbornensibus an. 777. prolatis, ubi Nobilibus id gratiosissime assecuravit, ut quodsi de iis poena sit sumenda ipsi & successoribus suis Romanorum Regibus sit reservata. *vid. Camerarii borar. subseciv. Cent. I. c. 79. GOLDAST. Const. Imperial. Tom. III. p. 120.* quodque hocce à summo Imperii Capite promissum statim debitum assecutum fuerit effectum testatur. *LERCH l. c. P. I. n. 7. sqq. P. II. n. 28. 44. 45.* Ibi enim apparet, nullius Dominatui paruisse eos nobiles præter Cæsari ejusdemque missis seu delegatis, coram quos in judicio stare nec detrectare debebant, nec volebant. II.) Ejusdem valoris ac ponderis est testimonium, quod hac de re præstat *TYRONENSIS l. XI. C. 4.* ubi rescriptum Ludovici Imperat. allegat, ut missi sui diligenter inquirent, quod liberi homines in singulis Comitibus mandant. *ERTEL Obs. Illustr. p. 9. KNIPSCHILD de Nobil. L. I. C. III. n. 80.* III.) Omne fert punctum Ordinatio Suevica an. 1560. erecta & ab Imp. Ferdinando I. & Maxim. II. an. 1561. & 66. confirmata, cui insunt declarationes Cæsareæ, quæ ob summum subiecti testimonium plenariam fere hujus controversiæ faciant decisionem, ibi: *Weil wir fürnemlich von dem an, da das Kayserthum auf die Teutsche Nation kommen, der selbst höchsten Ehren und sonderern Zied, auch der Bedrängten Schutz und Beförderung der Gerechtigkeit gewidmet, als freye Reichs-Nitterliche Adels-Personen ic.* *ERTEL. dist. loc. Obs. I. p. 10.* & sic hætenus adducta ea sunt, quæ maximopere huic specimini sufficiunt, id asserendi, Nobiles immediatos semper & statim translato ad Germanos Imperio nullis Ducibus aut Comitibus fuisse mediate subiectos, sed soli Imperatori.

## §. V.



§. V.

Sicuti vero superius jam jam confessus sum, pagellas hasce non capere ulteriorem asserti illius deductionem, hinc mitto plura, licet ardua huc concernentia, id unicum modo tango, quodsi & aliquis esset, cui restaret dubium meae sese adscribere sententiae & affirmare, Nobilitatem Imperii liberam jam tempore Carolingicorum gavissam fuisse libertate & prerogativa ea, de eò tantum meditetur, quod omni tempore continuo Judicii Caesaris Provincialibus dem *Kayserlichen Land-Gericht*, fuerint subjecti, quod absque dubio singulare immedietatis indicium reputabit. *cit. KNIPSCHILD loc. all. L. I. C. III. n. 106.* ubi sicutus hoc deducit, sed scopo propius accedo, ubi ex Historiis vetustissimis certum est, Francos veteres cum Germaniam irruerent, ac bellis illam strenue oppugnarent, ea devicta militibus stipendii loco pradia hostium nunc suppressorum sub perpetuo militiae onere in feudum concessere. *Illustr. COCCJEVS in Jure P. C. XV. §. 1. 2. 3. §. 21. 24. C. XXV. n. 3. 10. KNIPSCHILD de Nobil. L. I. C. III. n. 75.* Tractu vero temporis ejusmodi pradia feudi nexu ad Vasallos milites devolutos, variantem induere formam, ita ut ex post potius ut allodia possiderentur; Cum Reges ejus ævi una cum hisce allodiis insignem propriorum hominum numerum, inclusis horum uxoribus ac liberis, ex eximia eorundem munificentia militibus clementer addixere *LEHM. in der Speyerischen Chronick L. II. C. XI.* quibus accedit, quod & pradiorum adhærens dignitas s. prerogativa, personis ea adquirentibus accreverit *HERTIVS de feud. Nobil. Sect. XII. §. 3. p. 481.*

§. VI.

Sic ex feudis conversa allodia accessere militibus, quorum posteris & hodierna Imperii Nobilitas merito accensenda, utpote quæ de pradiis illis Imperii nomen indubiè sortiti sunt. Licet vero pleno ipsis adjudicabantur Dominio hoc tamen vel minime servitia feudalia antea imposita excluderat vel impediabat, quo minus se ad militandum Regibus offerrent paratissimos, sicque onus militandi à pradio manebat inseparabile



bile ALTISERRA *de orig. feud. C. XV. p. 50.* BURGEMEISTER  
 vom Reichs Adel C. II. Porro invicem erant ipsis salarii,  
 sumtus bellici ex illis erant ipsis sumendi, de quibus non cura-  
 bat Rex. LEHMANN. l. c. L. II. Cap. XLIII. l. d. GLOSS. *ad*  
*Spec. Saxon. L. I. art. 4. n. 2. art. 9. n. 7.* Hinc etiam omnia  
 commoda ex hujusmodi prædiis Nobilibus capere licebat, vix-  
 que dubito quin & iis collectis exigendis ceu nervo rerum ge-  
 rendarum arg. l. 7. §. 20. *de Quasor.* uti, mero ipsorum relicto  
 fuerit arbitrio, aut jus huic analogon, si de concesso regali  
 quis forte dubitet. Tempore vero Ottonum regalia in Im-  
 perio feudi lege concessa, eo magis inclaruere, ut nunc tem-  
 poris tantum dubium non obstat, cum ex scriptoribus Juris-  
 publici dispalescat eò tempore, Status, ac ob præ eminentem  
 Immediatam, Nobiles quoque Regalium Complexum ade-  
 ptos esse, quemadmodum opinatur KNICHEN *de Jure ter-  
 ritor. C. 1. n. 15. ab ANDLER in Jurispr. L. 1. tit. 5.* RHETIVS  
*Instit. Juris P. L. II. tit. 1. §. 13.* Quin imo accuratiori aliqua  
 adhibita penstatione, ex nunc sequentibus claro clarius as-  
 sertum tale se demonstrat. In ditionibus Rheni, Suevix &  
 Franciæ regiones ibi distix ad fiscum pertinebant regum  
 uti nullo tempore evertendis testimoniis ac argumentis tra-  
 didere non exiguus optimorum historicorum numerus. Sic  
 Ill. COCCEJVS *in tr. suo J. P. C. III. Sect. VI. §. 81.* inquit,  
 quod Francia terra Rhenensis Suevica Fisco & Camera Regiæ  
 immediate fuerint accensitæ. Idem quoque adducit ERTEL.  
 l. c. P. II. p. 26. *ibi.* Es ist aus Historiis darzuthun, daß sol-  
 che Provinzen, Schwaben Francken und Rheinstrohm imme-  
 diate dem Kayserl. Fisco addicirt gewesen, und dabero per ex-  
 cellentiam das Reich geheissen worden, in welchem die von Adel  
 als Ministeriales Regni immediati dem H. Reich immediate  
 ihre servitia præstirt haben &c. &c. BURGEM. l. c. C. 22. p. 478.  
 Imperatores ergò s. Reges Romanorum absque ulla interve-  
 niente læsione seu præjudicio alicujus Principis, cum ibi nul-  
 lus jus habuerit quæstum, sed de bonis Imperii conferebant  
 dicta feuda & possessiones in remunerationem tot insignium  
 meritorum ac fortitudinis bellicæ, uti id & æquissimum erat  
 factum. §. VII.



§. VII.

Quid quod Statum potentiorum quendam, ibi feudum seu ditiones possidentem, ullum unquam vexare dubium de justa earum possessione, totus me persuadeo. In aprico autem est, Nobilitatem Imperii liberam, ob bene merita bellica, & promeritum militiæ stipendium, pari jure suprema nempe Regum autoritate ac liberalitate possessiones suas habere collatas, & huc usque exinde deducere. Memorabili hujus asserti testimonio cedit omnino facies terræ Rhenensis Sveviæ & Franciæ, in hisce enim Regionibus ex singulari pietatis ardore Reges immensas faciebant in Clerum donationes, quod minime ita processisset, si non hæc liberalitas ex Regum bonis proprietariis, quæ alienationis capacia fuere, promanasset. Principes enim, si aliqui ibi jus jam jam sibi quaesierint, absque dubio, vel id non factum, vel non ratum habuissent. quæ fortuna, progrediente tempore æquò gradu Ducibus, Comitibus & Nobilibus liberis contigit **BVRGERMEISTER vom Reichs-Adel C. IV.** Et quod præ aliis consideratu dignum venit, existentibus quoque in supra dictis Regionibus, qui Cæsaris fisco præerant, die **Reichs-Lassen** oder auch **Land-Boigte**, Ducibus, Comitibus, Nobilibusque aliis ex propria autoritate vel minimum imperare haud licebat, quatenus id non factum ex mandata Cæsaris Jurisdictione **LEHM. Chron. Spirensi. L. C. XIV. COCCEJVS in Jure Publ. L. III. Sect. VI. §. 98. C. XIV. §. 3. & §. PRAVNS Adeliges Europa §. 691. fol. 549. §. 774. fol. 681. sqq. AVTOR ACTORVM LINDAV. p. 167.** Et si Dux quidam Sueviæ eo tempore illam regnaverit, quo jam successio hæreditaria usu & observantia erat confirmata, nemo cogitet, ipsum in univèrsum illam habuisse sibi subjectam, hoc enim asserere crassam historiæ mediæ ævi argueret ignorantiam, in tali Ducatu potius cum Principe & Comites, Nobiles & Civitates reperiebantur prorsus nescii Ducum, Jurisdictionis seu Imperii. Sicque territorium separatum habebant Nobiles, Duces vero non clausum vid. **BVRGEMEISTER in tr. sep. all. Cap. IV.** quod & approbat. **L. B. DE GEMMINGEN** eximia eruditione ac generis antiquitate clarus apud **He-**  
B feld.



*sold. in Thef. Pr. voc. Reichsfände* / statuens, nunquam Du-  
cem Sueviæ territorium clausum habuisse, & absolute re-  
gnasse, sed tantum certis particulis hinc inde dispersis reli-  
qua regione ad nobiles vel ad alios pertinente.

§. VIII.

Ad hoc, ab illo ævo ad nostrum recte concludimus, cum  
in superioribus satis superque demonstratum fuerit, militibus  
feuda concessa fuisse invicem stipendii militaris, quæ post-  
modum in allodia s. bona propria mutata fuissent, annexo  
tamen perpetuo militandi onere recte nunc ita infero. Li-  
cet status militaris in Germania prorsus in aliam redactus  
fuerit formam, cum antiquioribus seculis Duces, Comites,  
Nobiles, Cives ac homines liberò militabant, rejectis deterio-  
ris conditionis hominibus, qui vel particulam proprietatis  
habebant adhaerentem *STVMFFF in der Schweizer Chronick*  
*L. IV. C. 29.* Imo Fridericus II. Neapolitanus, constitu-  
tionibus demum cavuit, ne cui militari liceat, nisi qui de mili-  
tari genere natus, vel militarem ordinem ab Imperatore im-  
petravit. *NEAP. CONSTIT. L. 1. tit. 50. §. 60. L. 2. tit. 92.*  
*PETR. de VINEIS Epist. 6. C. 17. CALV. in Lexic. feud. verb. Miles.*  
Eadem tamen mos, statu admodum mutato, tantopere in  
usu esse desit, ut nunc nunquam personaliter nobiles ex ne-  
cessitate quadam coactiva, in militia proficiantur. Præ-  
stationes autem charitativorum subsidiorum postmodum in-  
valuere quæ vigore *Recessuum Imp. de ao. 1512. §. 27. §. 36. Re-  
cess. Imp. de ao. 1542. §. 58. §. de anno 1548. §. 33.* de subditis  
sunt requirendæ ac colligendæ, propterea, quia nec cessant  
sumtus belli, licet servitia personalia cessent, nec ratio con-  
cessionis feudorum, seu ditionum Equestrium cessare debet,  
qui enim sentit incommodum, sentiat & commodum & nun-  
quam jus tam iuste questum absque singulari injuriæ ac nul-  
li-tatis nota auferendum.

§. IX.

Subsequentibus autem temporibus, cum varii Nobilium  
consilii esse duxere, inire quasdam societates & confederatio-  
nes, ad sui defensionem, & suorum necessariam conserva-  
tionem,



tionem, jam jam jus collectandi Societati, vel Capiti illius, cessum fuerat, eum quidem in finem, ut eò melius & longius talis duraret, bene considerando, consortium initum non eà futurum fore firmitate ac robore, nisi ad consilientiam nervus rerum gerendarum certus ac determinatus addit, ex quo caperet collegium sui subinde subsistentiam. Jusque modo dictum collectarum in communi attributum fuisse Corpori Equestri eo tempore, quo torneamenta s. Ludi Equestres in Germania innotuere, suaque cepissent primordia: statuente ita BVRGERMEISTER *in tr. vom Reichs Adel*. Et tunc personas collectabiles matricula illius temporis usitata incertae fuissent, minime vero bona, quod nunc Ordini Equestri usu venire notorium est. KNIPSCHILD. l. c. L. III. c. VIII. n. 161. 163. seqq. In societate nomen trahens vom St. Georgen Panzer, ordinatio de collectis ita ferebatur; ut quilibet quicumque ad consilientiam eò certiore ejusdem unionis, sub specie contributionis s. collectarum conferret, DATT. *de Pace Publ. P. II. C. XII. p. 320. §. ibi: Wär auch Sach, ob unser Mitgeselsten einer oder mehr an der Bezahlung der Steuern* \* \* \* säumig wäre. &c. *tr. p. 361. ibidem.*

§. X.

Hactenus ergo ex hisce deductis ultrò sequitur, prædia allodialia Nobilium & præterea prorsus immunia fuisse, hæc enim libertas ea est, & exemptio, quæ nunc tantâ gloria & præeminentiâ conspicua est, quæque virtute bellica non sine magna laude comparabatur. KLOCK. *de Contribution. C. XIV. Sect. 1. n. 49. CARPZOV. de Legge regni Germ. C. III. Sect. 12. n. 13.* Si enim Imperatores Rom. Indictionem oder einen Römner Zug Statibus Imperii notificabant, Nobiles Imperii liberi, utpote Ministeriales regni, personaliter servitia præstabant, hac ratione, ut illum, cui feudum Imperii immediatum erat, Imperatorem comitari deceret, illi vero, qui Vasallus forte alicujus Principis, quod tamen rarius existebat, Dominum suum Directum in hujusmodi expeditione sequi, aut pro relutione obligationis hujus Vasalliticæ dimidium feudi fructuum erat carendum CONSTIT. FRIDERICE *in 2. feud. §. I. SPEC. SVEV. P. II. C. VIII. Sächsisch Lande Recht*



**Recht C. IV.** Quæ vero causa subsit, numerum feudorum Nobilium accrevisse, allodia vero mira cepisse decrements, id æque Historicorum turba antiquorum seculorum probatâ fide, & distincte docent, ac præsumtio & opinio principum feudalis juris Doctorum eò se extendit non sine fundamento. **IVERHARDI** Vol. I. *Conf.* 49. **ROSENTHAL.** C. II. *Concl.* 24. n. 1. **KNICHEN** de *vest. pact.* p. 1. c. 3. n. 269. **BESOLD.** *thes. Pr. voc. aufgetragen Lehn*, **SPEIDEL.** *sub eod. voc.* **STRUV.** *Synt. Jur. feud.* c. VII. §. 10. n. 2. Injuria enim temporis erat potissimum argumentum suadens, deinde nimia seculi illius pietas accessit, sicque priores securitatem sibi parabant, posteriores vero ineffabili mentis requie oblectabantur, si se DEO vel sanctis exhibebant tam munificos, alios vero alliciebat necessitas quædam, Ratione Status commoti, talem rerum suscipiebant mutationem. Propterea hodie insignis Doctorum cumulus stat pro præsumptione feudorum oblatorum contra data. Quod me attinet, de Feudis Nobilium immediatorum edisserendi animus est, cæteris sepositis, & hoc modo non aliter possum, quin in eorum eam sententiam, quorum doctrina superius jam placuit. Ex quibus quosdam recensere lubet, quæcis prior aridet sententia, ita **BESOLD.** in *Tbes. Pr. voc. Ritterschaffe*, **ROSENTHAL.** de *feudis* C. 24. & C. 25. *Concl.* 78. n. 70. **RHETIVS** de *feudis oblat.* C. I. n. 2. **THOMAS.** de *feud. oblat.* p. I. *tb.* II. **EVVEN.** *Electa feud.* C. 12. **LYNCKER** de *grav. extrajud. feud.* c. V. *Sect.* I. n. 7. **HERTIVS** de *feud. obl.*

§. XI.

Laudatus quoque **ROSENTHAL.** *Cap.* XXIV. & XXV. *Concl.* 78. 79. serio affirmat, & in vicem testimonii adfert, se ipsum innumeram Investitura literarum copiam perpexisse, ex quibus satis superque patuerit, Nobiles immediatos ante annos demum ducentos, vel antea circiter vel post, (quam computationem ad tempus, quò vixit, reputare voluit;) plurima sua bona in sinum potentiorum feudi lege contulisse, quin imo idem argumentis suis confirmavit *Facultas Tubingenfis Jurid.* apud **BESOLDVM** l. c. *Consil. Marpurgens.* *Conf.* 63. *Vol.* 4. nec minus propugnat eandem sententiam *Illustr. coc.*



COCCEJVS in *tr. Jurispubl. C. 9. §. 45. ibi* Provincias ad Rheni Tractum Sueviæ & Franciæ per excellentiam dictas fuisse Imperii Provincias, in quibus Nobiles ibi confidentes, ceu regni Ministeriales immediate imperio præstitisse servitia & eodem modo prædia *immediate* obtinuisse.

§. XII.

Ex hisce ergo deductis clarò clarius apparet, ab antiquissimis temporibus in remunerationem Nobiles tenere ditiones suas, & oblato licet feudo jus collectandi eos neque transferre velle, nec potuisse, nec Dominum quendam directum prædii Nobilis in feudum oblato, absque injustitiæ nota tale unquam de jure prætereendere. Nobiles enim allodialia sua à Principe recognoscere solent, quod velint abundantiori cautela sibi providere GYLMANNI SYMPHOR. *Tom. I. P. I. tit. 4. p. 300.* addatur. KNICHEN *de Jure terr. C. I. n. 226.* MATTHEI STEPHANI *L. II. de Jurisdic. P. I. C. VII. n. 177.* Deinde superius ad oculum demonstratum fuit, Nobiles jam ante consuetudinem allodia offerrendi in feuda, ex usu & observantia gavisos fuisse in prædiis Equestribus Collectarum specialium der Dorff-Beethen oder Dorff-Steuren regali. §. Ad hæc si vel aliquis è Nobilibus immediatis tentasset jus collectandi generale, quod reservatum Imperatoris fuit, quodque postremum, uti dictum, in Complexu ad univèrsum ordinem pertinuit, ad Dominum directum transferre, exurgit exinde quæstio, quo juris titulo id valide fieri potuisset? Cùm contra axioma: Quod quis ipse non habet, ad alium transferre non potest, nulliter processisset & jus quæsitum Corporis intevertere studens, turpiter & injuste egisset. Nec minus antecedentia probant, Principes vel Status Imperii nullum, nã probent cessum, jus collectarum in ditionibus ad Fiscum Regium pertinentibus, Nobilitati vero ob servitia bellica concessis, unquam habuisse, nec nunc habere posse. Restat, ut jus Ordini Equestri noviter quæsitum, nulloque tempore ob validissimos titulos evertendum, exponamus, quod nunc sequenti Capite exhibebitur.



CAP. II.  
De fundamentis Collectaris Juris Or-  
dini Equeſtri competentis.

S V M M A R I A.

§. 1. Docet fundam. 1.) Ord. Equeſtr. immed. habere jus hocce ex reſervato.  
Imp. ceſſo. §. 2. Continuat materiam adductam. §. 3. Allegat fundam.  
II.) Privileg. nempe Caſarea deſuper conceſſa. §. 4. Continuat. Privile-  
gior. §. 5. Exhibet Obſervantiam diſtor. Privileg. non interruptam. §. 6.  
Adducit primarium hujus juris conceſſi Privilegium. Leopoldi I. §. 7. Fun-  
dament. III.) juris hujus ex Inſtrum. Pac. §. 8. Momenta potiora juris  
ex d. Inſtrum. memorat. §. 9. Aſſert. fundam. IV.) ex Capitulat. Caſar.  
§. 10. continuat materiam ſubſtratam. §. 11. fundam. V.) ex pactis Corporis &  
membrorum inter ſe indicem initorum. §. 12. Fundam. VI.) ponit in Intereſſe  
Caſereo prajudicium patiente. §. 13. Fundam. VII.) ex Conſuetudine &  
obſervantia alleg. §. 14. Fundam. VIII.) jus quaſium nunquam tollen-  
dum. §. 15. Jura Exemptionis exponit. §. 16. Propoſita continuantur.  
§. 17. Remedia juris & prajudicia exhibet. §. 18. Valor ſummorum tribunal.  
decisionum. §. 19. Conſilium ſuppeditatur eximendo de felici rerum ſuarum  
progreſſu. §. 20. quaedam adverſariorum obmota reſeruntur. §. 21. eā-  
dem materia occupatus eſt. §. 22. Continuatio reſulationis eorum. §. 23.  
Concluſio totius diſſertationis.

§. I.

**H**Actenus juris collectandi faciem ex antiquiſſimis ſe-  
culis delineavimus. Jura autem noviter Nobilitati  
Imperii libera quaſita eo clarius praefulgent. Potiſ-  
ſimum vero argumentum illud certe eſſe poteſt, quod  
dictum Regale collectarum ex ſupremâ Imperatorum ceſſio-  
ne ad eas pervenerit: quemadmodum proſtat teſtimonium  
Auguſt. Imp. Leopoldi. glor. mem. in Priv. de an. 1688. ibi.  
Die Ritterschafft. Privilegia, (ex quibus primas tenet colle-  
ctationis.) Von der Kayſerl. Supremiät/ als den einig und  
ewigen Brunnquell aller Jurisdictionen und Regalien mit  
Darlegung Leibes und Bluts erworben 16 1c. hinc nullum  
reſtat dubium, quin reſervatum hoc Caſaris conſpicuum, ad  
Cor-



Corpus Equestre firmiter, & optimo juris titulo redire potuerit & quoque redierit. Ex doctrina enim peritissimorum Juris publici Doctorum patet. 1) Collectarum generalium indicendi potestatem esse reservatum solius Imperatoris. ARVMÆVS J. P. Vol. II. disc. 17. §. 41. GAIL. L. II. Obs. 53. MODEST. PISTOR. Conf. 4. n. 1. fol. 1. quemadmodum & porro testantur Recess. Imp. de an. 1544. §. Und wiewohl ic. & §. Wo aber ic. de an. 1576. §. weiters ic. it. §. und nachdem ic. hæcce vero collectionis species omnino non confundenda est cum speciali, sive provinciali collectandi jure, quippe cur prior prorsus nihil præjudicat, aut circa eam versatur. KLOCK de Contribut. Concl. 7. hinc optime monet cit. Autor, bene attendendam esse distinctionem inter superioritatem & Jurisdictionem propriè sic dictam. Minime enim negandum est, Collectas Imperii esse reservatum solius Imperatoris ac Imperii, AVTORITATE SPECIALI, non virtute regalium, quia omnis Imperii Status, jura imperii exercens pro necessitate occurrente subditos suos collectandi potestatem habeat, extantibus subditis imponantur atque ab iis exigantur. Quod igitur Status Imperii, Electores Principes &c. &c. cum territorio licet investiti, Collectas generales, quarum Jurisdictio soli Imperatori reservata imponere nequeant, & collectas speciales s. Provinciales pro specie regalium summorum, neutiqum pro parte Jurisdictionis sint habendæ laud. KLOCK. loc. cit. C. III. n. 134. Qua cum opinione consentit Si X. tin. de Regalibus L. II. C. XIV. n. 32. ibi: *Collectæ quæ non sunt Imperii, sed speciales & Provinciales, vigore jure regalium, jure quodam proprio exercentur ac in imponendis hujusmodi collectis Casaræa auctoritate non indigent Status.* Ex quibus itaque prono sequitur alveo, magnam dari differentiam inter Collectas generales & speciales, siquidem de prioribus tantum nobis hic sit sermo, quæque ceu reservatum Imperatoris ex hæctenus probatis, indubium Ordini Equestri immediato ab Imperatoribus conceditum fuit, secundum verba jam alleg. Priv. Leopoldini: *Auch die Steure und Reißbarkeit, welches wie bey den Ständen des Reichs ex*



*Imperatorio jure cesso ein verum surrogatum des gemeinen Pfennigs und ein onus reale perpetuum, rei semel affectæ semper inhærens ist x. x. quodque ab aliquibus jam seculis ita exercuit, non aliter quam id jus tenent quæsitum Status Imperii, Seculo enim XV. adhuc per Deputatos collectas hujus generis Imperatores exigere, postmodum vero jus subcollectandi subditos, quasi per modum Executionis concessere. ERTEL. Obs. Illustr. P. II. p. 24. MEICHSNER. Tom. II. l. i. Decis. 6. n. 92. MYL. ab EHRENBACH. de Statibus Imp. P. III. C. 97. §. 7. nec possibile, nec credibile est, Imperatoriam Majestatem concessuram esse, adversariorum conatus quicquam iis esse derogaturos. 2) Sole meridiano clarius id apparet, ac evidenter liquefcit, nullo unquam tempore Statum quandam Imperii vel minimum Juris acquisivisse sibi in summo Nobilitati Imperii cesso reservato Imperatorio, quod asserere, quemvis erubescens reddat. 3) Observata bene eadem distinctione, facillime allata ab adversariis obmota diluuntur, exindeque corrunt conclusiones tam falso innixæ principio, cujus generis esse potest argumentum sequens; Cum Collectæ sint fructus Jurisdictionis & ratione ejusdem imponantur, in quibusdam vero prædiis cessare omnino Jurisdictionem Corporis Equestris, hinc cessare quoque debere jus collectandi, sed oppositum hoc, distinctione collectarum bene cognita, ex superius adductis refellitur & in fumum abit.*

## §. III.

Validissimum vero fulcrum hujus juris, Privilegia Imperatorum variorum, ex plenitudine potestatis, autoritateque Cæsarea concessa, merito dicuntur. Eodem enim sunt valore, ratione summi Autoris & autoritate, ut de his dubitare sacrilegium instar sit. l. 5. C. de divers. Rescript. Primum horum concessit Maximilianus II. a. 1566. cujus tenor ita se habet: Und darum mit wohlbedachten Muth, guten Rath und rechten Wissen, statuiret, gesetzt und geordnet, und ihnen, **gemeiner Ritterschafft** / diese besondere Gnade gethan und Freyheit gegeben, statuiren, setzen, ordnen, thun und geben ihnen auch hernach bestimmte Gnad und Freyheit, alles von Röm. Kayserl. Macht,



Macht wissenlich und in Krafft dieses Brieffs, also, und daß nun  
 hinführo alle und jede gemeiner Ritterschafft zugehörige Adeli-  
 che Sitz und Gütther für ein Corpus geachtet und gehalten wer-  
 den, und da sich künfftig zutragen, und etliche ihre Gütther fauffen  
 oder auf andere Weise alienirt, und in andere hoher und niedern  
 Standes Hände kommen würden, die von Alters her und jetzt  
 drauff stehende *Contribution, Anlag/ Mitleiden und Beschwer-*  
*ungen künfftig hin* auch darauf dieben, und so oft es die  
 Nothdurfft erfordert, davon erlegt und entrichtet werden sollen,  
 ungeachtet und unangesehen, ob und wie solche Personen, die der-  
 gleichen Gütther an sich bringen, sonst anderer ihrer Gütther halben  
 privilegiert und befreyt seyn mögen, LVXIG im Reichs-Archiv.  
*Part. Special. Contin. III. p. 53.*

S. IV.

Licet vero tenor hujus Privilegii maximi sit ponderis,  
 ac de voluntate summi Privilegiantis enixâ satis testetur, ni-  
 hilominus tamen Successor in Imperio, Rudolphus II. ob exi-  
 mia Nobilitatis merita, parili motus gratia, non solum addu-  
 ctum hoc Privileg. confirmavit, sed ad hæc, modò laudatas  
 literas Cæsareas, eò clementissimè auxit, ut hic passus con-  
 cernens merito inseratur. Daß alle und jede Reichs-Stände  
 von allen Gütthern, so sie bereits innhaben, oder noch bekommen  
 mögten, welche vor der Zeit, zu der freyen Reichs-Ritterschafft  
 in Schwaben, mit der Contribution vertreten worden, nun-  
 mehro je und alle Weg auf der Ritterschafft ausschreiben, ihren  
 verordneten Truhnen-Meistern die Steuern lieffern lassen sol-  
 len/ ohn einige Ausflucht/ auch ohne Unterschied der Güt-  
 ther, sie seyn Lehn oder Eigen/ geistlich oder weltlich von  
 Herren-Stand/ oder allein schlechte gemeine Gütther, sie werden  
 gleich durch andere Stände erkauft, oder sonst überkommen,  
 die Lehn fallen als apert heim/ oder werden verwürck/  
 es sey auf was Weise es immer wolle. Monendum vero  
 hoc loco, ne quis cogitet, Privilegium modo recensitum Or-  
 dini Equestri immediato per Sueviam modò proprium esse,  
 ita enim concludens, erroneam sanè foret sententiam, quæ  
 nullatenus consistere possit. Ponamus enim cœterequin

C nullibi



nullibi specificè eò Liberam Imperii Nobilitatem ad Rhenum vel in Franconia esse privilegiatam, hoc non obstante, eadem facultate & libertate frui statuendum est, ac Suevicâ in literis Cæsareis expressa, & id quidem rem accuratius perpendenti eo facilius cognitum ac perspectum sese exhibebit, cum verba collectiva **Gemeine Ritterschafften**, necessario cæteros ordines in complexu designatos esse, intelligi debeant, & sic recte desumi, quod ex Privilegio Nobilitati Suevicæ concessio interpretatio extensivè ad alias Ordines sit facienda, nec de facultate ac jure reliquorum amplius dubitari possit.

## §. V.

Sollicitudo vero & cura seria Imperatorum, omnem qui forsitan exfurgere possit scrupulus, nobis adimunt, cum adsint summa Cæsarum testimonia Privilegiaque, quæ partim nobis tractanda reliqua manent, partim modò eorum breviter tamen fiat mentio. Nobilitatem liberam Imperii in Franconia fuisse comprehensam in eodem Collectat. Privilegio, nec ipsi hujusmodi libertates defuisse, omni exceptione major testis est Consensus & Mandatum Imper. Ferdinandi III. dd. Prag. d. 22. Aug. 1652. Cujus verba sic sunt sonantia: **Wir Ferdinand der III. - - - bekennen öffentlich mit diesen Brieff, und thun kund allermänniglich, daß Uns unsere und des Reichs freye Ritterschafft, aller 6. Orth in Francken/ durch ihren an unsern Käyserl. Hoff anwesenden Gesandten in Un- terthänigkeit klagend vor und anbringen lassen; Obwohlen der Vernunft und der Selbst-Billigkeit auch aller Vblicher-Rechten und Gewohnheiten gemäß, auch bey obgedachter Reichs-Ritterschafft in Francken, sowohl als in Schwaben, und am Rheins- strom in unsfürdencklichen Zerbringen und Gebrauch sey ic.** Hierum ist unser ernstlicher Befehl hiermit, daß alle und jede Mitglieder mehr ermeldter freyer Reichs-Ritterschafft in **Fran- cken**, wie auch die Inhaber der Adlichen Güther ohne Untere- scheid der Güther, darvon die Anlagen zu entrichten, dieselbe seyn Lehn oder Eigen ic ic. perpetua viridique floruisse hanc dispo- sitionem observantia, innumera Mandata & Decreta Cæsa-  
rea



rea satis superque corroborant, quorum numero & inferius  
 §. 19. allata varia præjudicia hujusmodi Mandatorum, meri-  
 to accensentur.

§. VI.

Quod omne fert punctum, Privilegium sane Leopoldi  
 glor. memor. de dato Wien, 1688. esse potest, hujus enim  
 merita eâ sunt magnitudine, ut specimen singularis propen-  
 sionis & gratiæ Cæsareæ erga fidelissimam liberam Imperii  
 Nobilitatem præstare possint, quemvis quoque de hac pro-  
 pterea certiores reddant. Operæ hinc pretium est, clausu-  
 las consideratu dignas, inibique occurrentes singulari studio  
 expendere. In hoc enim obviam itur variis Adversariorum  
 libertatisque Nobilium invidiosis quibus libet Exceptionibus,  
 ita ut contra id amplius insurgere non valeant, cum verita-  
 ti, summâ autoritate Cæsareâ confirmata, obstrepere ne  
 audeant. Præprimis verò, ex hoc prorsus interit tutissi-  
 mum ipsorum refugium, exceptio nempe sub- & obreptionis,  
 prorsus enim alia causa, aliusque melioris conditionis titulus  
 in illo aperitur, in verbis: Gleichwie nun ichtgemeldter Reichs-  
 Ritterschafft, sowohl um uns, als unser glormwüdigste Vorfah-  
 ren im Reich, unser Erb-Haus, und das gemeine Wesen, er-  
 worbene **statliche Merita**, und mit freywilliger Darsetzung  
 Guts und Bluts, vornemlich bey denen Vorgewesenen, auch  
 noch währenden Türcken-Krieg erwiesene treue Dienste in Ach-  
 tung ziehen :. Et hoc modo omnibus cavillationibus finis im-  
 positus est, ré sic ipsa loquente. Meritò ergo dignum est  
 encomio, quod de eo prædicat ERTEL. l. all. p. 51. Tale Privi-  
 legium Kömne man mit Grund der Wahrheit des Adels  
 Kleinod/ den Erb-Schatz der Reichs-Noblesse, und die unbe-  
 wegliche Grund-Scule aller andern Freyheiten nennen.  
 porro non magna opus est probatione, quod & plurimi JC-  
 torum asserunt, Privilegia talia naturam induere contractus,  
 hinc non posse revocari aut mutari. ROLAND à VALLE Conf.  
 23. n. 27. VULTEJ. Confil. 19. n. 126. REINKING de Regim. Sec.  
 Eccles. L. II. Class. 2. C. 8. n. 21. MENOCH. Conf. 105. n. 14. Cum  
 ipsissima voluntas Imperatoris eò redeat, in verbis: Also auch  
 alle



alle solche Privilegia, utpote mere realia, tam in gratitudinem meritorum castrensiū collata, tam titulo oneroso per viam contractus, & invicem pacti perpetui acquisita, alles ihres Inhalts, und mit Einverleibung der Clausula derogatoriae in priori forma auf ewig und unwiderrufflich zu subsistiren. Nec talia Privilegia, per modum contractus concessa, nequidem ex plenitudine potestatis revocari possunt, C. I. X. de probat. CRAVETTA *Conf.* 869. COTHMANNVS *Conf.* 17. n. 52. KLOCK *de Contribut.* c. 16. *Sect.* I. n. 147. MANLIVS *de Homagio tit.* 9. n. 107. Nec huic Privilegio à summo Imperii Imperante, motu proprio, & quomodo se habent clausulae hujusmodi magna virtutis insertae, unquam obstatre possit, vel objici sub- & obreptionis exceptio, id sequentium Jctorum opinio firmat. PRVCKMANNVS *Vol.* 1. *Conf.* 49. n. 56. SCHRA-DERUS *de feud.* *Conf.* 46. n. 24. *Vol.* II. VULTEJUS *Conf.* 46. n. 106. *vol.* 4. ROLAND. à VALLE *Conf.* 3. n. 129.

§. VII.

Imperatoris quoque & Imperii interesse, ut suum cuique, secundum justitiae ductum attribatur, nec quoque de juribus Ordinis Equestris aliquid detrahendum esse, ex Sanctione illa Pragmatica, Instrumentum puta Pacis Westphalicae, satis cognoscere licet. Quemadmodum vero laudatam Imperii legem eamque fundamentalem maxime conservationem jurium Imperii Statuum respexisse, palam est, ita non minus affirmandum est, licet sub hoc nomine Nobilitas Imperii nunc quidem non veniat, specificam tamen illius denominationem in *art.* 10. §. 18. vel idem jus cum Statibus attribuisse huic commune, verba sunt clarissima: Libera & immediata Imperii Nobilitas omniaque ejus membra una cum subditis suis feudalibus & allodialibus, idem jus habeant, quod supra dictis Electoribus, Principibus & Statibus competit, nec in iis sub quocunque praetextu turbentur, turbati vero in integrum restituantur. Item in articulo tam in universalibus: ibi. *iusque rata & intacta mancant regalia &c.* Nec admodum id stringit dubium, Civitatibus imperialibus id juris in alleg. *artic.* competere, nec ad alios de jure sit extendendum. **Est**

ex



ex præallegato *art. 10. §. cit.* resolutio facile sese offert, cum enim idem jus competere dictum quod & Nobilitas Imperii habere debeat, non dubitandum amplius, & hanc dispositionem per interpretationem extensivam applicari illi, neque obmotum tale l. ex minima parte nos amplius offendere. *BE-SOLDI Conf. 297. DECKHERR Consult. forens. L. I. c. 44. n. 7.*

§. VIII.

Cum itaque jus illud collectandi inveteratum æque, ac noviter ex alleg. Constit. Imperat. ac Imperii ita fuerit subnixum, ut sane mirum sit, quenquam illud amplius in dubium vocaturum: Cogitandum enim esset, cum omnes in id advertant vires suos, ut viridi colatur observantia fundamentalis illa lex, quoniam ex ejusdem interitus l. transgressione tantum, & maxima Status Imperii pernicies sequeretur. Quemadmodum vero regulis naturalis & gentium juris maxime consentaneum est, quod tibi vis fieri &c. illos pudeat admittendum juri quaesito Nobilitat. Imperii in illa sanctione tantopere invidere, cum tamen ex sua parte inviolabilitatem summo opere optent, nec quid in contrarium commodi sui admittant. Ad hæc, præsumtio pro ea militat, nihil ipsi in Instrumento illo fuisset addictum, cum de hoc alicui jus contradicendi superfuerit, quod vero nec factum, nec de jure unquam fieri potuit, hinc notorio ac omnium Statuum applausu jura Nobilitat. Imp. immed. eâtenus stabilita sunt, ut nunquam metuenda sit diminutio; Tota vero rei cardo versatur in *all. Pac. Instrum.* in eo, quod idem jus cum subditis NB. feudilibus & allodialibus Nobilitati liberæ concedatur, ut Electoribus & Statibus Imperii aliis. Statui vero in feudo suo imperii, haud denegandum regale collectarum, quemadmodum thesis hæec sine omni contradictione versatur, nec concessuri erunt, ut ipsis vel in totum vel in tantum adimatur, absque enormi transgressione sanctissimarum Imperii Constitutionum, sic neminem asserere argumentor, nobilitatem Imperii pro lubitu aut ferente sic alicujus arbitrio, pati nec refragari debere, cum tamen pateat facti hujus injuria ejusdemque juribus contraria. Deminuto enim collectandi jure,



quod ipsis optimo jure tamen accessit, cui usui pacis instrumenti illa formula: *atque rata & intacta mancant regalia, quibus ulterius in eodem §. expressis verbis jus collectandi adnumeratur.* Nihilominus tamen non desunt præjudicia innumera, ubi quidam hujus prærogativæ oblici, quos, jura illa affectare, ac litibus prosequi, haud tædunt, sed stat & stabit imposterum immutata juris hujus secundum tenorem *d. Art. 10. §. 13.* observantia, nec defuit occasio, causas & insultus aliorum scuto hoc fortiter avertere & explodere.

§. IX.

Non minoris conditionis fundamentum pro jure Collectandi Equestri in eo adfero, quod & Capitulat. Imperat. id asserant firmissimè, in iisdem eò quoque provisum, ne inter alia nec Ordinis Equestris jura labefactentur. Quemadmodum enim in illis Legibus sancitum fuit, ne cuilibet injuria fiat, sic etiam Nobilitas Imperii Statibus hoc curantibus, omnino secuta fuit reddita, ejusdemque jura, ut conserventur, custoditum est. Capitulatio Ferdinandi II. prima est, quæ insigne in ejus commodum concepta legitur. ibi: §. 30. & 34. *Daß wann ein Römischer Kayser einige Güter, so vormahlen dem Reich mit Steuern/ Jurisdiction &c. verpflichtet gewesen, erweise, oder auf andere Art zu handen bringen würde, er dem Reich davon sein Recht, Steuer, schuldige Pflicht, wie darauf hergebracht, hindangesezt aller pretendirten Exemption, abstatten und entrichten wöllen. Nec aliud volunt subsequendum Imperatorum Capitulationes, sicut testatur Leopoldina. C. 1. ibi: Wöllen auch die ohnmittelbare Reichs Ritterschafft in ihren Hoheiten, Rechten, Gerechtigkeiten, ohne mätigliche Eintrag und Verhinderung, bleiben lassen und keinen seiner Unterthanen, von der Iktion - Steuer oder Zehende eximiren oder befreyen, doch jedermännigl. an seinen Rechten unschädlich. it. Capitulat. JOSEPHI art. 3. Capitulatio CAROLINA art. 1. Wir sollen und wöllen auch Churfürsten, Fürsten und Ständen (die unmittelbare freye Reichs Ritterschafft mit eingeschlossen.) ihre Regalia &c. &c. confirmiren. Securitas itaque ex laud. Imperii Sanctionibus acquisita, nullatenus ad preces alicujus, vel*





vel plurimum interverti potest, cum nequidem ex plenitudine potestatis Cæsareæ, sine omnium Statuum consensu mutari possit, aut illi contraveniri, quia ad eam sancte observandam Cæsarem obligat juramentum Corporale *CARPZ. de Leg. Reg. Germ. C. I. n. 13. & C. XII. n. 14. GYEM. L. II. Decis. Cameral. §4. n. 61. RVMELINVS ad Aureum bull. p. 1. Discurs. 3. Concl. 17. in fin. HEIGIVS P. I. quæst. 5.* Quin imò Status Imperii ipsi Nobilitati, indulta Privilegia æquitati congrua neminique præjudiciosa agnovere, cum in concipiendis *Cæs. Capitular.* curam eo gesserint, ne factò quodam, vel fato, illis privarentur. Omnium igitur Imperii Civium interest, ne alicujus conatus, Pactis solennibus, Privilegiisque Equestribus contrarius ea faciat videri abolita, aut minus valida, cum sic quoque jura sua & prærogativa illis firmata, periclitentur.

§. X.

Ulterius sequitur quoque, nò factum contrarium, vel pœnale, vel nullum, declararetur. Status Imperatori cum conditiones aliquas pacto interveniente acceptandas proferant, nec tamen de perpetua earum observatione meditentur, negotium illud nec satis ipsis fuisse serium, aut non patiantur, cujuspiam jus in illis quæsitum, auferri l. minui. Cæsari quoque reciprocè ex pacto tali jus quæsitum acquiritur, ne quid fiat in contrarium. Notatu dignum hoc est, aggressores Privilegiorum Equestrium, si vel coram Augustissimo, factò suo, ut annuatur, petunt, aut læsis satisfacere detrectent, eo ipso & submissionis Cæsareæ Majestati debitæ, magnopere & mirando ausu in eò oblivisci, cum ab eadem aliquid petant, quod tamen concedere impossibile sit, salvo illo jurjurando, quo pacta illa cum Statibus sunt firmata, quibus & Jura Equestria reperiuntur inserta. Nunquam vero actum contra religionem tendentem, & alicujus jus quæsitum ablativum exerceri, Ordo Equestris tota persuadetur.

§. XI.

Magnum deinde impedimentum exemptionis apparet ex variis hinc inde ex parte Corporis & membrorum initis conventionibus, quæ eisdem non patiantur, ut contra ea vel illud



illud membrum, in præjudicium totius Consortii ex suo arbitrio agere, vel utilitatem suam promovere possit. Pacta enim servanda, nec temere unius voluntate solvi posse, docent l. prima juris principia. in Ord. Nobil. Suev. Mondcrkinge Ao. 1560. 7. Aug. dispositum legitur, quæ deinde ab Imperatoribus FERDINANDO I. ao. 1561. deinde ao. 1566. a MAXIMIL. II. confirmata fuit. Wir wollen uns bey datum dies matriculirten Zugehörungen, Haab und Güttern weder sammentl. noch sonderlich von Jhro Kayserl. Majest. und der Kayserl. Cron, nit mehr **sondern/ trennen/** noch solchen unsern freyen Ritter- und Adelstand und Herkommen, zu Abbruch und Schmäherung einigen Stand im Reich, wie der Nahmen haben möchte, **einverleiben** oder unterwürftig machen. Eodem anno 1561. aliam dispositionem, de prohibenda illicita exemptione fecere, quæ quoque ab Imperat. quam clementissime non minus confirmata fuit. Ex quibus itaque primo intuitu cognoscere est, membro cuidam non licere prædia sua Equestria pro lubitu è consortio, quovis modo distrahere, cum nimium exinde imminet Ordini præjudicium irreparabile, quod jam satis huic actibus hujusmodi perniciosus inflicto fuerit, ut celeri præcautione & medela uti, summa nunc postulet necessitas. secundum sequentem confessionem. Dieweil uns vor Alters eine grosse Anzahl des Adels und ansehnlicher Theil derselben Gütter entzogen, wie deswegen, solches wo nicht unter uns Einsehung beschehen, je länger je mehr gewärtig seyn müssen, und letztlich allein durch diesen Weg, unser gewisser, und wiederbringlicher Fall erfolgen würde, haben wir uns dahin entschlossen, und verglichen, daß hinführo ein jeder, deme seine freye und Adeltliche Gütter feil, so viel mit Fug und guter Gelegenheit geschehen mag, gemeiner Ritterschafft zu Ehren und Wohlahrt, besteißen, die selbe wieder in des Adels Hände kommen zu lassen, oder da es ohne seinen merklichen Nachtheil nicht geschehen könne, sollen doch die denjenigen, so uns nicht verwandt anders nicht denn mit Vorbehalt, **gemeiner Ritterschafft darauf alt hergebrachter Contribution** hingeben und verkaufft werden. Nobilitatem vero Imperii liberum hujusmodi Statutum conficere potuisse, hoc





hoc propterea omni caret dubio. Cum vigore superioritatis territorialis competat ipsi jus ferendi Leges, hinc & Statuta, Edicta, Ordinationes, Ritter-Ordnung Conf. MVLZ. de Repras. Majest. Caf. P. II. C. XIX. §. 4. n. 50. 51. Quæ quoque Statuta condita eo magis ad unguem sunt servanda, quoniam illis accessit confirmatio Imperatoria, nec sententiam in summis Imperii dicasteriis latam valide consistere posse, posthabitis loci cujusdam Statutis, evincit. *Recess. Imp. August. de an. 1530. §. Nachdem auch. vi* cujus Imperator promisit in sententionando, ad Statuta locorum & consuetudines accuratè animadvertere, & secundum ea judicare. Minoris quoque est momenti illud obmotum, cujus resolutionem inferius expectamus, quasi nulla procederet coactio manendi in societate inita, sed parata est responsio ex juris illo axiomate: Quod ab initio fuerit voluntatis, ex post fieri necessitatis, cum hæc non sit nuda tantum societas, sed ita malè intelligatur. Absit præterea Statutum, autoritate Cæsarea munitum, verge- re in præjudicium tertii, vel membri compaciscentis, ut potius, re penitus inspectâ, commodum & gloria prærogativarum ordinis intendatur ac pro unico servetur scopo.

§. XII.

Maximum quoque Præjudicium & damnum patitur interesse Cæsareum, si ejusmodi exemptiones illicitæ continuarentur. Notissimum enim est, non parum Nobilitatem Imperii subsidio suo charitativo augere Cameram & Fiscum Imperatoris Celeb. KÖLER. *de Origine & progressu subsidii charitativi*, cum vero privatione juris collectandi Ordini subtrahatur nervus rerum gerendarum, facto plane nunquam justificabili, non solum diminuitur commodum illius, sed aperte quoque Cæsaris, quod ex subsidio insigniori ejus Cameræ adfluerec; Quo tamen eo clarius reddam, nihil in se continere hanc thesin æquitatis cerebrinæ, non melius id peragere possum, quam si ipsissimas adduco Imperatorum Confessiones vid. *Extr. Rescripti RVDOLPH. II. ap. ERTEL in Obs. E. questr. P. I. p. 93. ibi: Wann dann die Sach an ihr selbst ge-  
recht und nicht allein der ganzen Ritterschafft und dero Nach-  
kom-*



Kommen, sondern auch Uns und einem jeden Römischen Kayser/ hoch und viel daran gelegen, daß der gefreyte Adel bey alter Verfassung ungeschmälert gelassen und erhalten werde, und in Noth-Fällen Uns, und dem Reich so viel statlichere Zülffe und Sandreichung thun mögen, als befehlen Wir ernstlich, daß die Ausßuß und Ráthe der Ritterschafft über ongedeute Mängel und Gebrechen genugsam gegründete Erkundigung einziehen, und welchen Stand sie erfahren, (der sey auch wer er wolle,) so etwan Güther, die zum Ritterschafftlichen Corpore gehbrig, bestift, denselben Krafft wohl hergebrachten Kayserl. Privileg, die Contributiones pro quota tragen zu helfen, ohngesäumt und hindangeseht alles Respects vermahnyn und anweisen. *Collectio-nem plurium de jure controverso hoc, ad Status emanato-rum Mandatorum, Rescriptorum & Promotorialium vide a-pud Dn. de LERCH. in tr. de Ord. Equestri L. II. p. 161. nec mi-nus afferunt formalia in Rescripto LEOPOLDI ad ipsum Cor-pus Equestre emanatum, quæ sic se habent: Als wollen Ihro Kayserl. Majest. dieses ihr Kayserl. quasi præcipuum & reserva-tum, in so weit es gekräncket worden, nach Möglichkeit wieder herbey zu bringaen, und ins künftige illæß bezzubehalten, je-mand aus dero Ministerio an alle angränckende Chur- Fürsten und Stände allerhöchst abordnen, um in Dero Nahmen, was da und dort etwan entzogen seyn möchte, zu untersuchen. Quod demum efficax est, hæc omnia corroborandi, ac ea, quæ omni præterea carent dubio, magis confirmandi, certè præ-stationes sub nomine subsidior. charatativ. venientia, effice-re possunt, in quibus contribuendis nullam prorsus admittit-moram Ordo Equestris, ut eò magis te paratissimos fidelissi-mosque exhibeant Cesaris Vasallos.*

## §. XIII.

Præterea quoque hoc jus collectandi, ex eo Corpori E-questri afferendum est, quod ex diuturna consuetudine, Qua-si possessione, & Præscriptione, id optime acquisierit. Ex su-pra dictis enim sufficienter patet, ex argumentis probabilibus, vel evidenter probatis, ad oculum fuisse demonstratum, An-tiquis etiam temporibus, Nobilitatem Imperii gavissam fuisse jure



jure Collectarum in prædiis Corpori ejus adscriptis, quibus nunc accedunt testata diversorum Imperatorum in eo, die weil Wir denn nicht für unziemlich achten, daß die Güter, so von Alters her mit gemeiner Ritterschafft *contribuere*, künfftiglich, in solcher Contribution und Mitleiden bleiben, wie auch gemeine Ritterschafft und Adel zu Schwaben, nicht allein bey ihren alten Hertommen, Würden und Wesen, handzuhaben und zu erhalten \* \* \* gnädiglich wohl geneigt seyn. *vid. Privileg. MAX. II. de an. 1566. it. in Privileg. LEOPOLDI in extenso ad post.* - - - als unsers vornehmlich dabey *versprendten* **Kayserlichen** *Præcipui* und *Interesse* bey ihren von **Anbeginn**, hergebracht und dazu wohl-mercitirten ohnmittelbahren Stand, Würden, Vermögen, und Splendor kräftiglich zu conserviren *ic. ic.* quod si vero hæc omnia non attenderentur, Privilegia modo dicta, jus collectandi privative concedentia, sufficiunt ad inducendam Observantiam, Consuetudinem, & ritè quæsitam Præscriptionem. Antiqua enim observantia dicitur forma, & quasi alterum jus naturale, comparatur veritati, & omnia potest. *SVRD. de aliment. tit. I. n. 7. MARGIL. de imput. qu. 77. n. 25.* Consuetudinem inveteratam facere licitum id, quod est illicitum, & potest inducere, ut quis in alieno territorio non habeat *J*Ctionem, & dare Jurisdictionem ordinariam *GYLM. SYMPHOREM. T. I. P. II. n. 36. & 37. p. 114.* hanc consuetudinem quoque contra varios actus in judicio contradictorios fuisse obtentam, non exigua Copia Concluserum *Judicii* *Aulici* æque, ac *sententiarum* *Cameralium* in favorem Nobilitatis *immediatæ* *pronunciatarum*, testimonio prorsus non negando esse possunt, ex quibus quædam inferrius allegare certum est. Et pari passu ambulat jus præscriptione acquisitum; Regale collectarum & jus territoriale à privato contra æque privatum 30. annis acquiri posse, statuit *KNICHEN de jure territ. C. III. n. 347. ibi.* Modo non contradicium fuerit, sed obedientiâ, quæ de lege *J*Ctionis perhibetur, subsecuta à subditis: Contradictione vero cessante, constituitur Princeps in quasi possessione juris prohibendi, legitimoque interstitio, superioritatem acquirit. Ex quibus ul-



tro iusta possessionis l. quasi argumentum sequitur, cum autem immemoriali tempore actus quiete à Nobilitate sunt deducendi, qui necessario iustam ejus possessionem fundant, in qua quoque hactenus prudenter se custodivit ea. Æquitas ergo ima postulat, ne permittatur, eandem in possessione vel quasi sive turbetur, sive prorsus dejiciatur, cum nemo beneficio possessionis sit privandus. l. 1. C. si cui per vim. l. 4. C. si servus exportand. ven. MEV. P. II. Dec. 247. n. 12.

§. XIV.

Expositis itaque variis fundamentis ac modis, quibus Ordo Equestris immediatus ad harum prerogativarum species iuste & legitime pervenerit, nunc in aprico est, Jus ipsi non exiguum esse quaesitum, quod nunquam servato juris ordine, ipsi poterit eripi. Principiis enim naturalibus adversatur, jus suum cuiquam auferri, cum potius sit tribuendum, nec aliter docent Leges vel Civiles vel Canonicae. Principem licet summum Jus alicui quaesitum adimere velle nec praesumi l. 2. §. 6. ff. ne quid in loc. publ. l. 2. C. de prac. Imp. offerend. l. 2. C. ne fisco. l. republ. C. 2. X. de religiof. Doc. Quibus legibus consentiunt Leges Imperii vid. AVREA EVLLA C. 2. §. 8. & 9. RVMELINVS ad Aur. Bull. loc. cit. quæ nihil magis commendant, quam ut quisque Jure suo utatur. Privilegia vero contra id indulta, forsan pro nullis & invalidis sunt habenda RECESS. IMP. de anno 1548. §. 47. 48. 66. Capitular. Caroli V. art. 4. §. 33. & Novissima Caroli VI. art. 1. & 22. Imo nec Casarea Majestas ipsa, jus quaesitum membri alicujus Imperii, tam validis, nec unquam reprobandis titulis munitum, laedere potest, ut taceam, ut id de alio privato sine judice procedente, fieri possit, potius subditus Imperii ab Imperatore securitatem ac tutelam juris sui speret; Quemadmodum Assessores summi tribunalis Imperii sequentes, nempe Consiliarii Aulici partim defuncti, partim ea dignitate adhuc fulgentes, unanimiter docuere. *Illustr. Dominus DE ANDLER in Jurispr. L. I. Tit. V. P. III. L. B. DE LYNCKER Vol. I. Resp. 9. n. 9. L. B. DE BERGER P. I. Resp. 118. CONSIL. IMP. AVL. MVLT. de Majest. Cas. P. II. C. II. T. 7. n. 28. L. B. DE WERNER.*



NER. *Obs. P. IV. Vol. 3. Obs. 117. n. 5.* Sic igitur potissima recen-  
 sita sunt juris hujus fundamenta, Nobilitati Imperii asser-  
 ti, simul quoque injustitia hujus modi prætensi, satis super-  
 que detecta est. Pergimus tamen demonstrando negativè  
 de jure nec licitum, nec utile, Exemptionem alicujus è corpo-  
 re Equestri unquam fieri, vel consentire in eandem, ex se-  
 quentibus potissimum argumentis. Cum 1.) talis Corpori  
 Equestri adeo nociva esset, ut exinde vel dissolutio Perillu-  
 stris hujus Consortii sit metuenda. Ita enim moris, vel ali-  
 quali concessa cuidam libertate, non eadem contentus, post-  
 ea liberius agere meditatur. Ex gentium jure fluit, omnem  
 universitatem vel societatem ad sui consistentiam opus ha-  
 bere nervo rerum gerendarum, qui indubie in contribu-  
 tione civium ponendus est, præsuppositis ergò hisce, eò ma-  
 gis constat, nec amplius consistere posse Corpus Equestre,  
 destituto hoc jure collectandi, seu nervo suo necessario.  
 Qua ratione quæso sumtus varii, quos ex *Obs. ERTEL:* desi-  
 gnatos comperies, ibi: *Massen die Steuerbarkeit inservirt zu*  
*Befreyung des Matricular-Anschlags und der Ritter-Hülffen,*  
*zu Ihrer Kayserl. Majest. Diensten, und des Reichs Besten, in*  
*Bello & Pace zu Anwerb-Mundir- und Verpflegung der Mi-*  
*litz, zu Unterhaltung Ihres Estats, zu vielerley Tax-Geldern, zu*  
*verschiedenen Verschickungen an Kayser-Chur- und Fürstl. Höf,*  
*zu Speisung der Ritter-Conventen &c. sustineri possent,*  
*nî jus propterea collectarum ipsi concessum, ad eâ suffice-*  
*re deberet omnia, & fiscus seu Cassa Equestris conservare-*  
*tur locuples. Demto vero jure hocce, & illa tolleretur, &*  
*quemadmodum per Leges Imperii cautum est, ob hujus in-*  
*tercedens præjudicium de Statuum Exemptionibus, sic eum*  
*idem imperii interesse interveniat, ratione Ordinis Equestris,*  
*nobis sane non tribuetur vitio, si & eas dispositiones huc*  
*quadrare statuamus RECESS. IMP. de Anno 1570. §. als Wie*  
*dann weiters ic. §. 108. & RECESS. IMP. de Anno 1648. §. 77.*  
*Wiewohl nun des Reichs ic.*

§. XV.

Omni quoque jure exemptionibus hujusmodi, tales  
 D 3  
 positi



positi reperiuntur limites, ut si secundum hosce susciperentur, & iustæ & nemini præjudicium inferre dicendæ. Juris ergo Civilis, paulo uberius nunc pro dignitate materie exquiramus II.) Exemtio ad noxam alicujus tendens, minime est admittenda, statuente ita ROLAND à VALLE *Conf. I. Vol. II. n. 174.* ubi pergit, quod, quoties facultates aliorum non suppetant, vel cum magno scandalo ad collectas gravari possint, etiam exemtum ad contribuendum cum cæteris, non obstante ejus immunitate, teneri; occasione enim immunitatum non alios esse gravandos. Bene ergo de hac re sentit HORNIVS in *Jurispr. feud. C. IV. §. 7. sqq.* RHETIVS in *Comment. Jur. feud. L. I. tit. I. §. 31. seq. ibi.* Quoties res allodialis in feudum offertur, videndum an tertio ratione collectarum Ictiois, aut cujuscunque juris præjudicium inferatur, quo casu enim oblationi locum non esse, nec exemptioni. Ad hæc, cum expediti juris sit, Exemtione in à Jurisdictione ordinaria contra jus commune esse, adeoque stricti juris, & quantum fieri possit, restringendam, ut eò minus noceat tertio. Quin vergere eandem contra utilitatem & quietem Reipublicæ, juxta tradita ERASMI à CHOCKIER *rr. de Jurisd. ord. in exempl. P. I. quest. 4. n. 789.* tales itaque exempti, prorsus ne cogitent, exemptione sua, & juribus Equestribus eos excessisse, cum status personalis vi exemptionis, ipsi quidem tutus conceditur, sed jura realia minime variantur. Quodsi enim semel unum corpus coaluerit, effectus principalis istius confortii est, ut divelli postea à se invicem nequeat. ITTER *de feud. Imp. C. 8. §. 24.* REINCKING. *de Regimine sec. & Eccles. L. I. Class. 4. C. 17. III.)* Omnem Exemtione in à jure alias omnibus communi, maxime odiosam, nec facile indulgendam sine gravissima causa, docente ita ENENCKEL. *de Privil. Sect. I. C. III. n. 17.* Exemtione in vero à juribus collectarum prorsus illicitam esse, hinc eò minus cogitandum, cuiquam l. accedentibus gravissimis causis concedi posse, vel concessam fuisse. Minime enim, facta licet alicujus exemptione, ex ordine Equestri liberatio ea ultra id extenditur, quod in ea comprehensum fuisse probabile, l. manifesto contra jus tertii militat.

AVTOR



AVTOR SYMPHOREMAT. Tom. IV. P. I. n. 24. p. 279. Sic concedendum quidem exemptum ratione certæ rei esse privilegiatum, cum tamen ratione rei alterius ita dici non possit arg. l. 22. ff. de his quibus ut indign. l. 26. C. de Administ. tut. IV.) In eo omnia jura collidunt, rem quamcunque transire cum suo onere & ad quemcunque ita vadere, l. 18. ff. de pignorat. act. l. 1. C. de distribut. pign. C. 32. X. de decimis. idque fieri quoque in successorem privilegiatum asserunt. MENOCH. TIRACQUELL. CRAVETTA Conf. 217. n. 5. Cum id constanter affirmari non possit, possessorem aliquem non nobilem jure hoc collectandi unquam usum fuisse. Notissimum enim ex ante actis est, hucque in memoriam revocare prodest, Corpori in universum illud jus esse asserendum, cum tendat in ejusdem commodum, quatenus in Complexu consideratur. Certum ergo est, nec ipsum habuisse transferentem, hinc eò minus transferre potuisse juxta l. 54. de Reg. jur. l. 61. de contrab. emt. V.) Eidem Exemptioni constanter reluctantur Privilegia Corpori Equestri ab Imperat. Maximil. I. & Rudolpho II. & quod ex omnibus palmam fert Leopoldi concessa, cum disertis verbis actum hujusmodi illicitum interdican, ne nobilis immed. prædium suum alienet, non retento Collectarum jure.

§. XVI.

Siquidem de jure necessarium est, ut VI.) Consensus Corporis Equestris requiratur, si de valida alicujus Exemptione quaestio suboriatur. Nemini enim invito jus suum tollendum est. Eaque Privilegia, consensu irrequisito, hinc nec audita nec citata Nobilitate Imp. immediata obtenta apertam clandestinitatis notam habent adhaerentem, & ipsis perpetuo obstat Exceptio sub- & obreptionis per tradita SCHRADERI Vol. I. Conf. 34. n. 77. ROLAND à VALLE Cons. 46. n. 40. Nulla quoque privilegia ad aliam porrigi debeant injuriam. Eo enim casu, si Princeps exprimit, se velle tertio præjudicare, illa declaratio nullatenus de præjudicio alicujus momenti vel ponderis intelligi debeat. MEY. P. I. Dec. 6. THOMASIVS Diss. de Interpret. benef. Princip. §. 49. Casu sic contrario existente, exemptio è ipso jure nulla, nec ulla acqui-



quirit vires, quandoquidem defectu veritatis laboret, per *l. ult. C. de divers. Rescript.* sed per mera falsa obtenta, utpote sub & obrepticia in infinitum perseverat nulla docentibus ita CARD. TVSCH. *Tom. IV. Concl. 217. Rescripta* enim tacitam in se habent clausulam, si preces veritate nitantur. BOEHM. *in Jure Eccles. T. 1. L. 1. tit. 3. L. B. de BERGER P. 1. Resp. 300. GAIL. L. 1. Obs. 14. n. 2.* alteram partem potius citari & audiri æquum est, cum versetur res magni præjudicii, uti in subtrato. laud CARD. TVSCH *Concl. 219. n. 8. L. B. DE LYNCKER Resp. 169. n. 26.*

§. XVII.

Quod si vero aliquis, posthabitis tot insignibus argumentis, jura Equestria lædere, consuetasque collectas à prædio obligatorio ad Cassam Equestram oder zu der Ritter-Triehen præstare denegaret, Pagus ille, cui hoc præjudicium imminet, Cæsaris auxilium implorandum habet, nec de celeri inhibitione dubitet. Causam enim allegatas Collectas Equestris concernentem ad extrahenda Mandata S. C. oder auf die 4. Fälle esse qualificatam, ex sequentibus probatum ibo, 1.) factum tale suâ natura nullo jure justificabile est, cum tendat contra jus quæstum Cæsari & nobilitati in prædiis Equestribus radicatum, totque variis Privilegiis, Imperii Legibus, & sanctionibus pragmaticis fulcitum, hinc non amplius dubium restat, quin ab Executione hæc in causa processûs sit incipiendus, nec multis verbis amplius opus, cum testis experientia quotidiana sit. 2.) nec hoc negandum est, Reipublicæ interesse, ne Corpus Equestre læsione eadem enormi juris potissimi, vel labefactetur, vel diminuatur, cum sit membrum Imperii immediatum, quod ut dissolvatur, res maximi præjudicii esset.

§. XVIII.

Id quidem æquo fert animo, membrum antea Consortii Equestris fieri Comitem, sed hoc nunquam concessura est, ut hujus portio matricularis exstinguatur, ob jura notoria, id adversantia, & præjudicium immensum, quod ex actu tali resularet, ne ergo ex antiquo Catalro Equestri in aliud diver-



diversum transferatur, de hoc omnia movet Nobilitas Imperii libera. Duplex ergo via eximendo prostat. Altera est liberatio, æquivalente intercedente ex conventione. Consentiente enim in eam ordine Equestri, nemo quid habet, quod contradicat, cum ipsius consensus unicus est necessarius, favori pro se introducto licite renunciandi. Altera vero est continua prædior. exemptorum collectatio, quæ in salvo manere apricum est, idque argumentis juris probat KNIPSCHILD *de Nobilitate l. c. n. 87.* F. FRITSCH *von Incorporation der Güter und Herrschaften Membr. 4.* opinatur, verum quidem esse, sic unire, in potestate adjicientis esse, quatenus id non in præjudicium aliorum vergat, quibus post unionem jura maneant integra, Sed hujus rei esset hic eventus, ut, demto jure in quodam prædio competente, onus illud cæteris aperte accrederet, aut metus dissolutionis Corporis totius, ob enervationem illius, & deminutionem collectarum obversetur.

§. XIX.

Nunc quædam præjudicia legalia ex tam multis hic allegare lubet. Sub regimine Ferdinandi II. glor. memoria cum L. B. Caspar Bernhard de Rechberg Dominatus suos binis districtibus ad Danubium & Cocharum incorporatos in Comitatum auctoritate Cæsarea evchi curaret, & Circulo Suevico associaret, ad illum quoque à tempore Erectionis Præstationes & Collectas ferebat Cassæ Equestri eas subtrahendo. Rebus vero ita comparatis jus quæsitum cum viderent Corpus sibi auferri, justas de facto tali ad Imperatorem querelas detulere, quæ quoque ita felici gaudebant Progressu, ut prædia dicta Circulo exempta Ordini Equestri per sequens Conclusum addicebantur collectabiles. tenor sententia:

In Streit-Sachen sich verhalten, zwischen der ohmittelbaren freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben, Donau-Verteils und Kocher, Klägern und Impetranten eines, entgegen und wider Caspar Bernhard von Rechberg, und War Grafen von Limburg Eyrum, Beklagten und Impetranten andern Theils, die Collectation der beyden Herrschafften Herrreichheim und Hohen Rechberg betreffend, ist allen An- und Fürbringen nach hiemit zu Recht erkannt, daß es mit Verwerffung besagten Impetranten Gr. von Rechberg und

E

Lim.



Limburg Styrum gethanen Einwendens nicht nur wegen der Herrschafft bey der von weyland Kayser Ferdinando II. d. 7. Jan. 1630. in dieser Sache geschenehen Declaration, wie nemlichen derselben Kayserl. Intencion Willk und Meynung durch das den 20. Julii Anno 1662. obgedachten Caspar Berahard von Nechberg ertheilte Standts-Erhöhungs-Diploma erwahnte Herrschafft Illereichheim aus der Ritterschafft. Contribution zu entziehen nicht gewesen, nochmahls lediglich gelassen werde. Michin nicht nur Hr. Mar. von Limburg Styrum wegen gedachter Herrschafft Illereichheim, sondern auch Hr. von Nechberg wegen der Herrschafft Hohen Nechberg als der damahlige Inhaber, ohngehindert deren in diesem Punct sub. & obrepticie ertheilte nen Diplomatis vom 20. Julii 1626. und 24. Octobr. 1638. alle gemeine Auflagen und Beschwerden zu obbemeldter R. Ritterschafft in Schwaben respectivè Donau- und Kocher-Biertels abzustatten schuldig seyn.

Ejusdem tenoris & ponderis sequens sententia Consilii imperialis aulici est:

In Stritt-Sachen, sich verhaltend, zwischen der Reichs-Ritterschafft in Francken, Orts Gebürg, Klägern, und Impetranten eines: entgegen, und wider die Grafen von Biech, Beklagten, und Impetranten, andern Theils, Citationis, in puncto exemptionis, ist allen An- und Fürbringen nach, hiermit zu Recht erkannt, daß, mit Verwerffung aller, Imperialischer Seite, sowohl in puncto fori, als in der Haupt-Sache, beigebrachter ohnerheblicher Einwendungen, denen beklagten Grafen von Biech nicht gebühre, ihre, zu obbemeldter Reichs-Ritterschafft in Francken, Orts Gebürg, entweder von Alters, oder auch etwa respectivè von neuen Zeiten her, mit der Steuer, und andern anstehenden Juribus, realiter afficirte Güther, und Unterthanen, gegen die Kayserl. ermelbter Reichs-Ritterschafft ertheilte Privilegia, auch Ritterschafftliche, von Kayserl. Majest. confirmirte statuta, und andere, in actis vorgekommene offenbare Befugnisse, von der Ritterschafftlichen Collocation, oder sonst von allen andern nexu reali, weder gänglichen, noch zum Theil, unter was Vorwand es auch immer seyn möge, zu entziehen, noch selbige, weder dem Reichs-Gräffl. Collegio in Francken, noch sonst jemanden, auf einige Weise zu unterwerffen, noch sich in heimliche, oder öffentliche, der Ritterschafft nachtheilige Handlungen disfalls einzulassen, sondern daß Sie beklagte Grafen von Biech sich dessen allen bey der, denen obgedachten Kayserl. Privilegien einverleibten Straffte, & sub poena nullitatis, ein- vor allemahl, vorziehe, und hinfünftig gänglichen zu enthalten, mithin auch von allen ihren, der Ritterschafft steuerbaren Güthern, und Unterthanen, jedesmahl alle, von Zeit zu Zeit ausschreibende Steuern, und Malagen, zu der Ritterschafftlichen Steuer-Cassa, Orts Gebürg, ohnweigerlich zu liefern, nicht weniger, über obiges alles, genüßliche Caution, de non eximendo, nec Caesaris Privilegiis, aut statutis & aliis Juribus Equestribus ullo modo contraveniendo, nec in possessione vel quasi



quasi turbando, innerhalb zwey Monaten zu praktiren, auch die aufgelaufene Kosten, moderamine judiciali salvo, zu erstatten schuldig seyen, von Rechts wegen. Signatum zu Wien, unter allerhöchst Ihrer Kayserl. Majest. hievor gedruckten Kayserl. Secret.-Inselgel, den 5ten Novembr. Anno 1731.

J. A. G. von Metsh. (L. S.)

A. H. v. Glandorff.

Ex quibus binis adductis summi Imperialis Dicalterii Conclusus patet, & defensionem ipsissimorum Imperatorum id efficere, ut vix ullus actus in contrarium extet, potius vero causam Nobilitatis subinde laudabiliter triumphasse. Quæ quoque Conclusa judicialia eò magis fundant ac reddunt stabiliorem justitiam intentionis Equestris. Siquidem hujus generis Decisiones & Præjudicia singulariter conspicua sunt, ut in summis tribunalibus non levis eorundem habeatur ratio & judicando & sententionando, postmodum pro norma & forma habentur, per *text. l. 11. ad Sc. Vellej. it. l. fin. Cod. de Leg. & Constit. Princ. ibi.* Si Imperialis Majestas causam cognitionaliter examinaverit, & partibus cominus constitutis, sententiam dixit, omnes omnino judices, qui sub nostro Imperio hoc sciant, hanc esse Legem non solum illi causæ, pro qua producta est, sed & omnibus similiter & sic porro BRVNEMAN. *ad b. l. l. B. DE ANDLER in Jurispr. L. I. Tit. IV. P. II. GRÆVE ad GAIL. in Proim. & Concl. 1.* Justitiæ potius conformiter agit, qui Ereccionem prædiorum suorum in Comitatum vel Principatum appetit, si jura Ordini Equestri competentia relinquit illæsa, cum alias in vanum laborabit, siquidem neglectis hisce, ipsi perpetuo timenda protestatio, aut juris Equestris persecutio.

Manet itaque reliquum, si membrum quoddam Equestre exemptionem ambit, illud sequatur Consilium, quod Comitum decet, si Principis dignitate donatur, ut Collegium Comitum, ob onus matriculare reddat contentum. Quamobrem exemplum cognitum est, de Domo Ottingensi, cui ita agere incumberebat Principis dignitate prætena. Cum enim Comes Ottingensis Albertus Anno 1650. ad dignitatem



tem Principis ascendebat, satisfactionis loco Collegio Comitum 700. fl. exsolvendi sibi erant, & deinde portionem matricularem in Collegium Principum transferebat, quo factum est, ut omnino silerent Comitum Collegii gravamina.

## §. XX.

Nunc aliquot putativa contraria perlustrare lubet, quæ in causis contentiosis super hoc jus motis ab Adversariis plerumque objici solent. Præprimis eorum pondus trutinabimus, deinde horum discussionem pro meritis annectemus. Subsistimus præprimis circa disquisitionem remedium, jus hocce conservandorum æque ac in judicio persequendorum, qua occasione vero non præmitto tricas quorundam, qui se convictos & confessos de jure hocce Ordine Equestri competenti vident, & erubescunt soli lumen disputare amplius, vel indubitata veritati sese opponere, hinc mentem & animum cogunt, ne vera prædicet, & asserat. Quarunt ergo vias devias, quo rectæ scientiæ & veritati rei possint evadere. Et hi sunt statuentes, Jus Collectandi quod nobis in substrato enucleandum venit, speciem esse servitutis, hinc quidem Ordini Equestri non esse denegandam Actionem utilem confessoriam, si quis forte eos Exercitio, jure illius sive servitute defraudare vellet. Tam distinctè vero ex superius allatis & demonstratis argumentis facillime cognoscendum est. Jus collectarum Equestre minime sub nomine servitutis venire, sed potius, si verum dari nomen, jus antiquitus jam per innumeros actus, observantia, Privilegiis & Imperii sanctionibus quæsitum, dicendum est, simul vero juxta hæc jura absolum est, asserere, Servitutis in se continere speciem, siquidem hoc casu prudenter præsupponitur, me servitutem acquirendo, jus alterius reddere meum, mihi acquirere, cum sit ea jus in re aliena secund. l. 15. pr. §. 1. de Servitut. præd. quod alter per titulos juris translativos mihi cedit. Quem vero lateat, neminem unquam jus hocce collectandi habuisse, cum fuerit solius Caesaris reservatum proprium, ex cujus vero summa cessione gaudet



eo nunc Nobilitas Imperii immediata. Uno ut hæc omnia dicam verbo, haud difficile cognitu est, puras putas fuere fatuas conclusiones ex perversè posito principio, quæ potius fugienda, quam amplectenda sunt. Vixque credo, id promanare ex aliqua ignorantia illud asserentium, nisi præsumatur fictitia. Potius de eo persuasus sum, opinionem hanc patrociantes, id egisse, ut nebulam Nobilitati præfigurarent, ut eam seducerent, quò, cum gravamina ejus eò se qualificent, ut reparatio jurium ejusdem, ab Executione per Mandata S. C. incipiatur, hanc viam juris expeditissimam, omittat, & actione confessoria agat, quæ petitoria & infinitus litium protractionibus subjecta, itaque commodis possessoriis, remediis sumariis eò magis delitueretur. Res vero tam evidens est, ut hujusmodi inventiones & lusus ingenii nihil efficiant, potius huic doctrinæ aures præcluduntur, & incassum abit, cum notorium sit, nec eam attendi, cum potius contrarium praxi quotidiana usuveniat.

§. XXI.

Ad alia ejus generis obmota pertinet quoque imputatum sub. & obreptionis Privilegiorum Equestrium, sed satis jam opinor, de nullitate hujus asserti disertum fuisse in superioribus, cum hocce oppositum ipsissimis Cæsarium testimoniis in contrarium firmiter profligatum fuerit, hinc plura facere intermitto. Pergo nunc ad eam Controversiam & Questionem; Quomodo procedendum sit, de feudo Ord. Equestri olim collectabili sed ad Dominum, demortuo Vasallò, recedente, consolidato itaque duplici dominio. Id optimum factu, reor, opiniones pro & contra hic ventilare & ex potissimis decisionem seu judicium nostrum formare, fundamentum ergo primarium ex Leg. feudalis deducunt asserentes, consolidatione facta expirare jus collectandi. Ex jure enim feudali cognitum esse, Vasallum feudo servitutem vel onus simile nullo modo imponere posse, aut si id faciat, tale, onus resolutò, jure dantis, debere resolvi. Vasallus enim rei feudalis substantiam sartam rectam conservare tenetur. Et meliorem rei conditionem efficere debet, non deteriorem. l.



13. l. 44. ff. de *Usufruct.* Servitutem vero impositam rei feudali morte Vasalli resolvi, per tradita SCHRAB. *de feud. P. 8. c. 2. n. 19.* SVRDI *decis. 192. n. 15.* donec vero illud tenet, obest Vasallo tantum, minime vero Domino, nec agnatis succedentibus etiam si per longa tempora perseveraverit, 2. *feud. 8. pr. STRUV. in Syntagm. Jur. feud. C. XII. §. 9. n. 3.* Alias enim jus Domini in feudo competens maxime laederetur, existente apertura casu, & aggravatio oneris contrariatur eatenus Vasallo, cum non ipsi plenum concessum sit dominium, nec plenariam feudi dispositionem acquisivit per jura notoria.

§. XXII.

2do. Licet vero Ord. Equestri de jure collectandi egregia competant Privilegia, minime tamen eo tendunt, quod jus Statuum vel Domini alicujus directi velint intervertere, cum nulla Privilegia ad alienam porrigi debeant injuriam. Quemadmodum quoque eo nec praesumptio procedit, Principem quemque voluisse jus suum quaesitum auferre, potius id praesumendum, quemlibet eum secundum aequitatem & jus voluisse defendere & conservare. ARNISÆVS *de Juribus Majest. C. 1. n. 7. libr. 3. GAIL. l. 2. obs. 26. n. 11.* Principem enim censendum esse, velle id, quod est conforme aequitati juxta VULTEJ. *Cons. 19. vol. 3. n. 51. GAIL. l. c. obs. 15. n. 3.* sicque Privilegia Equestria prorsus non eo se extendunt. Sed nunc aliqua trutinatio mentis pondus horum argumentorum in contrarium examinabimus. Allegata vero argumenta, non ea sunt dignitate, qua forsitan alicui possint videri. In universum enim possent concedi, quatenus proposita sunt cum asserto nostro, jus Collectandi Equestre semel pro semper, licet feudo aperto, manere in salvo, prorsus nihil derogant, aut praesudicant. Hic modo denuò monendum, & ex antea dictis repetendum est, jus hocce originariè à Cæsareâ Majestate tanquam fonte omnium regalium derivari, quamobrem nec feudo aperto & id forsitan ad Dominum si recideret, adhæret nec adhæsit, nec unquam ad Dominum directum, nec ad Vasallum pertinuit. Praemisso ergo ac optime intellecto hoc principio, non arduum est, percipere non multæ esse utilita-  
tis



tis distinctionem illam, an bona illa, de quibus hic quæstio intercedit, ante annum 1521. quo matricula Wormatiensis ordinata, an post eum, in feudum fuerint data. Si ante, tunc volunt, ea penes Corpus Equestre quoad Collectionem manere, cui tamen contradicunt Status assertioni, sin vero postea, quia bonis Domini tunc accensibatur, quorum intuitu in matriculam relata fuerint *MVLZL. Repræs. Majest. Cas. P. II. C. 28. §. 2. n. 123.* Namque aut Status Imperii vel alius quidam reservatum modo laudatum Cæsareum, Collectas ejusmodi exigendi præ Ordine Equestri occupavit, quod vero minime verisimile ex eo se demonstrat, quoniam solitarie huic cessum fuerit tunc & nec talia asserenti molestiam creabit, titulum possessionis edere, cum affirmanti incumbat probatio, aut non habuit, tunc nec ante erectionem matriculæ nec post eam jus quæsitum Ordinis Equestris contra æquitatem minui poterat.

§. XXIII.

Nullum hinc auferri Statibus jus quæsitum cum tale hic non prædicandum sit, nec servitatem si onus feudo impostum dici possit, cum nec idem verum sit neque ergo demortuo Vafallo extinguipotest cum plane hic alias cit. text. feudales non locum inveniunt. Nullaque quod non omitendum reperitur distinctio in clementissimis Privilegiis Cæsareis inter feuda & allodia, nulla ex alia causa, quam quod Majestas Cæsarea bene consideravit, ac de eo quam optimè fuerit instructa, cessionem illam fieri de propriis, reservatis puta, imò omnes posteriores cessant limitationes, lege enim non distincta, nec nostrum est distinguere, potius vero expressis verbis dispositio Cæsarea eo progreditur, in Privilegio Lepoldino de ao. 1688. *Es fallen die Lehn als apert heim oder warden verwürckt, oder aber durch Kauff, Tausch, oder in andere Wege das Dominium utile cum directo consolidirt ic.* Etsi nec hic cessent objectiones sub. & obreptionis quodque favorabile hoc Privilegium insciis & invitis fratribus Imperii fuerit obtentum evidentia facti contrariatur, cum nobis nec probatio deficiat, vel cuncta sua Privilegia Nobilitatem liberam in Comitibus obtinuisse, hinc in conspectu totius Imperii, omniumque

Sta.



Statuum: Privilegium enim Maximil. II. in Comitibus Augustanis 1666. d. 25. Maji concessum fuit. Quæ modo cunque vero nacta est Privilegia, præprimis eò curam gessit, ut & Cameræ insinuarentur. Eximium vero tamque sæpius occurrens Privilegium Leopoldi Commissione, autoritate Cæsarea ex Consiliariis æque intimis ac Imperii Aulicis constitutâ, largitum fuit. Sic ergo prorsus corruit illud, quasi insciis Statibus ea fuisse promulgata. Id magis assero, cum Status optime ea seiverint, nec contradixerint; aliter illis ratio fuisset contradicendi, de jure consensisse nunc censendos esse per vulg. Atque hæc sunt, quæ pro instituti ratione, possibili brevitatis studio de præsentis & tam ampla materia proferre placuit. Cæterum ut qualiscunque hic labor in Dei T. O. M. gloriam cedat, benignæque Lectoris censura subjiciatur, est quod maxime opto.

#### COROLLARIA.

*Nobilitas Imperii immed. gaudet superioritate territor. cum Statibus parili.*  
*Nobilitas Imperii libera, habet jus constituendi Archiva.*














ULB Halle  
005 355 699

3










3718

13

1736, 11a



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

UNIVERSITATIS IVRIS-PVBLICI

DE  
**TIONE**  
**M ORDINI**  
**IMMEDIATO**  
**LIVM ILLICITA,**

VAM  
 NVMINE DIVINO  
 VERSITATE ERFORDIENSI  
 ET AVTORITATE  
 ORVM ORDINIS,

SIDE  
 RIDICAE DECANO,  
**HELMO Strecker,**

CTO,  
 VIDICHI ELECT. PROVINCIAL. ASSESS.  
 NAR. CIVIT. STND. PRIMAR.  
 CONSVLE,

**CENTIA**  
 RE HONORES AC PRIVILEGIA  
 NITER ADIPISCENDI,  
 VM EXAMINI EXPONET  
 CTOR  
**RICVS BOCRISIVS,**  
 TO-FRANCVS.

CONSVLTORVM MAJORI  
 M DCC XXXVI.

HERINGH, Acad. Typogr.